

thy glories, and the Holy Habit of Mount Carmel. Pater, Ave and Gloria.

On each day of the Novena the Litanies may be said, as on page 95—after which the following Antiphon is to be sung :

Flos Carmeli,
Vitis florigera,
Splendor Coeli,
Virgo Puerpera,
Singularis,
Mater mitis, sed viri nescia,
Carmelitis da privilegia,
Stella maris!

P. Sancta Maria Mater Christi audi rogantes servulos.

R. Et impetratam nobis coelitus tu defer indulgentiam.

OREMUS.

Deus qui Beatissimae semper Virginis et Genetricis tuae Mariae singulari titulo Carmeli Ordinem decorasti, concede propitius, ut cujus solemnem commemorationem praevenimus, ejus muniti praesidiis, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

OTHER PRAYERS OF THE BLESSED VIRGIN.

OREMUS.

Defende, quaesumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate civitatem et familiam tuam, et toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

PRAYER FOR THE POPE.

OREMUS.

Deus omnium Fidelium Pastor et rector, famulum tuum N., quem Pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti propitius respice : da ei, quaesumus, verbo et exemplo quibus praestitum proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

PRAYERS FOR THE MOST HOLY SACRAMENT.

P. Panem de coelo praestitisti eis.

R. Omne delectamentum in se habentem.

OREMUS.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuae memoriam reliquisti, tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas, etc.

Prayers of Thanksgiving — Te Deum, as on page 84.

P. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.

R. Et laudabilis, et gloriosus in saecula.

P. Benedicamus Patrem, et Filium cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

P. Benedictus es Domine Deus in firmamento caeli.

R. Et laudabilis, et gloriosus et superexaltatus in saecula.

P. Benedic anima mea Domino.

R. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

P. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

P. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus : piissimae majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes : ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Deus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus praestas auditum : pro postulationibus nostris, votis-